

Sigismundus Primus Rex Poloniae  
Bernardino Archiepiscopo Leopoliensi

164

Indemio ette —

Adorti sunt nos iterum precibus Consiliariis, et Proceres hujus Domini pro Ruthenis, qui quaeruntur, quam vestra <sup>Edicta</sup> iterum se ingerat, in ritum eorum, cum nos in Regno nostro habeamus Iudeos, Tartaros, et armenos, quos tamen liberè uti, eorum normā et consuetudine religionis permittimus, ad eorum itaque intercessionem, et quia nobis res justa videtur, et unumquemque in suo ritu et consuetudine, conservemus, contulimus Vicariatum eorum Basilio Stedenski, quem nobis illi Metropolitae commendaverunt. Itaque hortamur <sup>Edicta</sup> Vestram, ne illos impediat, et cum in Regno feliciter constituemur, visis literis illius, et ejus Ecclesiae id faciemus, quod justum et equum videbitur —

